









1617, 4  
10

IURIS CONTROVERSI,  
SIVE  
PRAECIPVARVM  
CONTROVERSIARVM, ANTINO-  
MIARVMQVE SEV DIFFICVLTATVM,  
ex iure ciuili, canonico, feudali, Prouinciali  
Saxonico, Constitutionibus imperij, & Ordinatione Camerae imperialis,  
selectarum

DISPUTATIO OCTAVA,

Quam

Deobenè fortunante,

PRAESIDE

*Clarissimo & Consultissimo viro,*

D. N. HENRICO-ANDREA CRANIO, I. V. D. & in Ill. Acad. Iulia Codicis Iustin. & consuetudinumfeudal. professore ordinario,

*publicè*

In nouo Iuléo.

*discutiendam proponit*

IUSTVS Kleinschmiede/ Lippiensis VVestph.

*Ad diem 10 Octob. Decemb.*

HELMAESTADII,

Typis heredum Iacobi Lucij.

cl<sup>o</sup> 15 cXVII.





VIRO

*Amplissimo, Spectatissimo, multarumq<sup>3</sup> rerum  
usu experientissimo*

DN. GOBELIO *Retbergk* / INCLV-  
tæ Reip. Lippiensis consuli, agnato &  
promotori meo, æternùm obser-  
uando:

ET

*Clarissimo, consultissimoq<sup>3</sup> viro,*

DN. BERNHARDO *Giedenbruck* /  
I.V.D. Patricio & aduocato eximio, fau-  
torimco exoptatissimo:

NEC NON

*Prudentissimis, eruditione, usq<sup>3</sup> rerum præstantissimis  
viris,*

Dn. RVTGERO CALENIO, PRAEDICTAE  
Reip. Lipp. iudici dignissimo.

Dn. HENRICO *Sachleben* / IVDICII IBIDEM  
protonotario & scribæ fidelissimo, copnatis meis  
summè colendis


*Hoc exercitium Academicum, in grati animi &  
debita obseruantia testi-  
monium*

D. D.

& Offero.

LVSTVS *Kleinschmiedt* R.













IURIS CONTROVERSI

Disputatio IIX.  
publica:

Ex lib. 20. 21. & 22. Pandectarum desumpta; quæ præter legum textus, sequentes maximè controuerse quaestiones, in singulis titulis, suo loco, legibus accommodata, publico examini subiiciuntur, ita vt in qualibet controuersia (nisi aliud exprimat) opinio ordine prima, pro veriori reputetur.

PRAESIDENTE

HENRICO-ANDREA CRANIO

I. V. D. & in Ill. Acad. Iul. Cod. Prof. Ord.

Respondente

IUSTO Kleinschmiedt Lippiens. VVest.

---

PARS QUARTA DIGESTORVM.  
LIB. XX.

Atq; hæc de contractibus, quibus in creditum itur, & actionibus inde descendentibus. Nunc impresentiarum nobis dispendendum de contractuum accessorijs: Ea autem perveniunt, vel ad eorum securitatem, vt pignora; vel ad implementum, vt AEdilium edictum, Euctio, Usuræ; vel deniq; ad probationem, vt testes & instrumenta. † PIGNORIS nomen generale est, sub se comprehendens & pignus in specie, & Hypothecam. Pignus ita late acceptum, est, aut necessarium quod distin-



gnitur illegitimum & Pratorium siue iudiciale) aut voluntarium, siue conuentionale, quod vel unius, (puta testamento, l. 26. de pign. action. l. 4. §. 1. de separat. l. 1. C. com. de legat. ver. cum enim) vel duorum voluntate (hoc est, mutua conuentione) constituitur: quã conuentione debitoris bona vel omnia, vel quadam tantum pignori neſſuntur. Vnde pignus est vel generale, vel speciale: vtrumq; vel tacitum est, vel expressum.

## CONTROVERSIA I.

Tit. I.  
de pignor.  
& hypothe.

Ad l. 1.

**R**em alienam vtiliter quidem sub conditione (si debitoris facta fuerit, l. 16. §. 7. h. r.) sed nunquam purè pignori dari posse extra teli iactum est. † Quid autem si postea debitor rei alienæ oppignoratæ dominium acquisierit, nunquid hic pignus ex post facto creditori ignorantanti conualescit?

**Q**UIDNI, conualescit, non quidem ipso iure, arg. l. quod ab initio. 210. ff. de R. I. Sed ex æquo & bono (1) arg. l. 5. ibi: sed tamen equitatem facere, ut facile vtilis persecutio exemplo pignoratitia detur, C. si res aliena pign. data sit. (2) Quia res in eum casum venit, à quo incipere potuit. (3) Quia iniquum foret, Creditorem, qui ignorauit rem alienam esse, decipi, à debitore, qui hic ex suo mendacio lucrum consequeretur. (4) Immo à parte creditoris rem alienam ignorantis, tacita hac conditio (si quando res debitoris facta fuerit) inesse videtur obligationi, arg. l. si fundus 16. §. res aliena. 7. h. t. l. rem alienam. 41. de pign. act. (5) Per Gloss. ad d. l. 5. Donel. de pign. cap. 7. Georg. Obrecht disp. 15. h. t. 1. h. 221. & seqq. D. Arum. disp. 14. th. 1. & 2. Iohan. Mercerus in lectur. Bituricens. operà Christiani Grany in lucem editis, ad l. 1. n. 5. 4. 14. & seqq.

**Q**VI SIC, dixerint alij, (1) cum ea, qua ab initio vitiosa sunt, ex post facto conualescere nequeant, d. l. 210. ff. de R. I. (2) Deinde agens Seruianã probare debet rem fuisse in bonis debitoris eo tempore, quo de pignore conuenit. l. & que. 15. §. 1. h. t. l. que pradium. C. si aliena res pign. dat. sit. † At illud hic fieri nequit. Ergo & c. Confer Du. Herm. Vultei. discept. cap. 17. Ioh. Mercer. ad d. l. 1.

Ioan.



Ioan. Baptist. Schwargenthaler in tr. de pign. c. 12. n. 1. & seqq. pag. m. 76. † Quid si creditor rem alienam esse sciuit? Hoc casu difficiliter creditori utilem dari actionem responderi Papin. in d. l. 1. pr. h. t. Sed quomodo hoc intelligendum sit, variant interpp. Vid. D. Arum. th. 2. Robert. 2. recept. lect. 1. Duar. 2. disp. 11. Schwargenthaler d. loc. n. 14.

2. Antichresis (quæ aliâs antiphona, & Accursio ineptè <sup>ad l. f. u. 112</sup> Apocho dicitur,) est pactio pignoris, contractui adiecta, s. *αντιχρησις* quâ inter debitorem & creditorem conuenit, vt donec pecunia soluat, creditor ex re oppignoratâ in vicem vsurarum fructus percipiat. Estq; expressa, vel tacita. Illa eti-am expressâ fructuum, vel vsurarum mentione interpositâ, contrahitur. Hæc solius rei pignoratæ traditione absoluitur, nec vsurarum mentionem facit, ac proinde legitimum vsurarum modum seruat. † Expressam autem *αντιχρησιον* limites vsurarum aliquatenus excedere & egredi posse nullus dubito. † Sed an etiam in immensum?

NEGATVR, aliâs enim fraus fieret legibus, certum modum vsuris imponentibus (1) l. 16. ibi: mensurarum additamentis in fraudem legitimarum vsurarum grauatum te contendas. C. de Vsur. (2) l. si ea pactione. 14. C. eod. (3) l. si ea lege. 17. ibi: obrentu maioris percepti emolumentum propter incertum fructuum euentum rescindi placita non possunt. C. eod. rit. † Quid ergo si euentus fructuum, legitimum vsurarum modum, nimium exuberantium ab initio & semper fuerit certus, ita vt nunquam dubitari poterit de immenso illo fructuum excessu? Hoc casu *αντιχρησις* fœneratiua seu vsuraria prauitatis haud experta est, & fructus excedentes merito imputantur in sortem. (4) arg. l. 8. ff. In quib. caus. pign. vel hypoth. Hotom. ad tit. ff. de Vsur. & 1. obs. 4. ad rit. ff. in quib. caus. tacitè. eleganter Andr. Rauchbar p. 1. q. 20. n. 38. & seq. Adde Modestini. Pistor. cons. 13. n. 10. in fin. † Adde Non. 32. 33. 34.

AFFIRMATVR (1) Quia incertus sit fructuum euentus, d. l. si ea lege. 17. C. de vsur. (2) Quia precij magna sit inconstantia & mutabilitas, l. oleo. 23. C. d. tit. l. pretia 63. S. fin. ad l. Falcidiam. l. 4. ff. de



eo, quod cer. loc. (3) arg. l. 23. l. 25. §. vis maior. 6. locat. conduct.  
Vbi Colono immodicum lucrum non auferitur, propter eandem  
fructuum incertitudinem. D. Arum. d. disp. 14. th. 3. & alij, quoq;  
allegat. Rauchbar d. q. 20. Conf. Anton. Fab. Decad. q. error.  
pragm. 5. VVesemb. 1. conf. 3. n. 51. Ioan. Mercer. de pign. or. ad  
l. 11. n. 12.

ad d. l. 11. §. 3.  
fin. §. l. 12.

Iura siue seruitutes prædiorum vrbanoꝝ pignori  
dari non posse, ac proinde conuentionem, vt hypothecæ  
sint, inualidam esse, scribit. IC. Marcianus in l. si is. 11. §. fin.  
b. r. † Sed acris & vehemens conflictus est, num idem  
statuendum de seruitutibus prædiorum rusticorum?

IDEM, atq; ita (vulgari istâ distinctione inter seruitutes vrbanas &  
rusticas, plane reiectâ) nulla seruitutes per se pignori possunt.  
(1) Quia à prædio, cui adhaerent, diuelli nequeunt §. ideo autem.  
3. Inst. de seru. rust. & vrb. præd. (2) Quia seruitus est prædij ac-  
cessorium, ac proinde sine eo, tanquam principali consistere non po-  
test. (3) Quia pignus, ex tempore ad tempus, sub conditione con-  
stitui potest. arg. l. si is. 11. §. 1. h. t. Quod de seruitutibus dici ne-  
quit. l. 4. ff. de seruit. Duar. lib. 2. disp. c. 13. Donel. de pign. c. 8. cir-  
ca med. Ant. Fab. 19. coniect. 7. Pac. 5. Cuiac. 26. D. Arum. d.  
disp. 14. th. 4. Goth. ad l. 11. §. fin. h. t.

DIVERSVM obtinere in seruitutibus rusticis (1) innuere videtur  
Paulus, in l. sed an via. 12. ff. eod. h. t. vbi particula aduersatiua  
SED indicat, ibi contrariam priori in d. l. si is. 11. §. fin. sententiam  
proponi, vt opinatur Georg. Obrecht disp. 15. th. 294. & seqq. &  
ante ipsum Cuiac. 15. obs. 6. & in paratit. C. si res alien. pign. data  
sit, & Dd. com. † Sed Dd. vulgò non animaduertisse ait Duar.  
d. loc. hos centones eiusdem authoris non esse, & vtrumq; locum,  
quasi ab vno & eodem authore profectum, malè interpretari. De-  
inde Paulum loqui de seruitute constituenda, h. e. que nulli vn-  
quam fundo acquisita est, sed titulo pignoris quodammodo consti-  
tuitur à domino prædij, eodemq; debitoꝝ, tantisper dum fuerit solu-  
rum debitum. Marcianum verò loqui de seruitute iam ante con-  
stitutâ, prædijq; acquisitâ, respondent Duar. Pac. Donel. dd. loc.  
(2) Quia seruitutes rustice prædio vicini non cohaerant, sed po-



sius sint in pradio vicini & coherent pradio nostro, cui debentur, ut pro ratione diversitatis tradit Obrecht th. 297. & seqq. Secus esse in servitutibus urbanis, qua coherent superfici, per quam servitutis quasi possessio continua retinetur. l. 20. de servit. (3) arg. l. 2. §. fin. de prec. R. Dom. Arum. d. loc. in fin. (4) arg. l. 4. de pignor. act. Cuiac. d. obs. 6. Schwarzenhaller in tractatu de pig. c. 14. n. 8.

4. Quid autem, si dominus, cuius rem (& sic alienam) <sup>ad l. 22.</sup> debitor pignori obligauerat, postea debitori succedat, vel ei heres existat; Dabiturne hoc casu creditori utilis pignoratitia? In hac quaestione contrarias in Pandectis Istorum leges esse positas pleriq; opinantur.

DAT eam creditori (1) Modestinus in l. si Titio. 22. ibi: heres exititro: ex post facto pignus directo quidem non conualescit, sed utilis pignoratitia dabitur creditori. ff. h. tit. vbi Accurs. plures conciliationes accumulatur. (2) Quia aequum est, ut heres factum defuncti praestet: Ex qua enim persona quis lucrum capit, eius factum praestare debet. l. 149. ff. de R. I.

DENEGAT eandem (1) Paulus in l. rem alienam. 41. ibi: Non est idem dicendum, si ego Titio, qui rem meam obligauerat sine mea voluntate heres exititro: Hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditori, ff. de pign. act. (2) Quia ut utilis persecutio exemplo pignoratitiae detur, requiritur, ut is, contra quem datur, pignori obligauerit, l. 5. C. si res al. pig. dat. sit. † At hic, heres rem suam pignori non dedit, neq; se obligauit. Ergo. D. Arum. d. disp. 14. th. 6. † Ad evitandam legum contrarietatem Dd. hic varias afferunt conciliationes, latissime Dn. Vultei discept. 17. Aliter Obrecht. h. disp. th. 240. & seqq. Aliter Hot. d. obs. 15. Aliter Don. de pign. c. 7. circa fin. Aliter Balduin. de pig. c. 12. Adde Connan. 4. com. 13. Mercer. de pign. ad d. l. 22. h. t. n. 2. 3. Duar. 2. disp. 14. Cuiac. 19. obs. 26. & ad Modestinum lib. 7. in exemplis d. l. 22.

5. Eo iure utimur, ut quae in praedia urbana inducta, illata sunt, pignori esse credantur, quasi id tacite conuenerit: In rusticis praedijs (in quibus tantum fructus pignori ne-

Tit. 17/  
In quibus  
causis pig.  
vel hypothecae  
sacrae con-  
trahi

S. Q. 3.

Et un-



Antur, l. 7. h. r.) contra obseruatur, teste Neratio in l. 4. ff. ad l. 4. §. 5. h. r. Nisi ut pignori essent nominatim conuenerit. Sola igitur domini scientia

NON SUFFICIT, Imp. Dioclet. & Maxim. in l. si non indu-  
ta. 5. C. h. r. Neratio in l. 4. ff. eod. † Quia in obligatione pi-  
gnoris, mutuis contrahentium requiritur consensus, & cum in-  
ter contrahentes nuda domini scientia induci nemo dixerit. D.  
Andr. Gerhard. exercit. Instin. 13. th. 3. Donel. de pign. c. 4.  
Trentl. part. 2. disp. 1. th. 4. Obrech. h. disp. th. 69. Menoch. re-  
med. 3. adipisc. possess. n. 33. & seqq. Heig. §. 7. Inst. de act. n. 10. &  
n. Borcholt. in §. 7. Balduin. in tract. de pignor. c. 6.

IMO SUFFICIT (1) Imp. Alexandro in l. certi iuris. 5. ibi: qua  
voluntate dominorum. C. de locat. & cond. (2) Marciano in l. 5. §. 1.  
ibi: voluntate domini induci pignus ita posse. ff. h. tit. † Sed re-  
spondend. in ad. ll. voluntatis ac scientia nomine denotari ex-  
pressam conuentionem, sine pactum expressum. teste Gerhard. d.  
loc. & ibidem allegat. Vid. Aliter Zaf. §. 7. Inst. de act. n. 6. & 16.  
Schneid. n. 28. Neguz. part. 2. memb. 4. n. 145. de pignor. Si-  
chard. ad l. certi. 5. C. locati, qui nudam scientiam sufficere ex-  
istimant.

Tit. III. 6. Lege oppignorari prohibentur res litigiosæ, item  
Qua res vasa & vestes Ecclesiæ, fundus dotalis, instrumenta ad agri-  
pign. vel culturam pertinentia &c. † Sed quid de rebus Mino-  
hypo. da- rum, in domum conductam illatis? In his quoq; tacitum  
ta obl. non pignus  
possi.  
ad l. 1.

CONSTITVI NON POSSE, (1) arg. est l. 1. de præd. & aliis reb.  
minor. sine dec. non alien. l. 22. l. fin. §. fin. C. de administ. tutor & c.  
Vbilex alienationem rerum minorum prohibet. † Ergo  
etiam oppignoracionem, qua alienationis species est, l. fin. C. de  
reb. alienis non alienand. (2) Imò, omne pignus, etiam tacitum,  
ex conuentione oritur, l. 4. ubi Costal. de pact. l. 4. l. 6. ibi: pigno-  
ri esse credantur, quasi id tacite conuenerit. ff. in quib. caus. pig.  
tacit. † Atqui minor res suas propria auctoritate, ne quidem  
expressè (nedum tacite) alienare vel obligare potest. l. 3. C. de restit.  
in integ. l. pr. & §. 1. h. t. l. 1. 3. §. si pupillus. l. 7. ff. de reb. eorum,  
qui



qui sub tutel. Ergo &c. Et (3) quomodo ius potest presumere con-  
ventionem ab eo factam, quem ita convenire expresse prohibuit in  
dd. ll. Menoch. 3. remed. adipif. poss. n. 66. & seqq. D. Arum. disp.  
14. th. 8.

IMO POSSE, quidam opinantur, (1) arg. l. sed si 3. §. pignori i. ff.  
de reb. cor. qua sub tutel. l. furiosus. 46. de obl. & act. (2) Quia res  
minorum nusquam à generali iure tacita hypotheca excipiuntur.  
† Sed falsam esse hanc eorum opinionem, evidenter ex sup. dd.  
apparet textib.

7. Studiosè, nec inutiliter inuestigatur, an etiam libri  
studiosorum in domum conductam illati, tacitæ hypothe-  
cæ subiaceant?

QVOD NEGÓ (1) arg. l. 6. ibi: qua verisimile est quemquam  
specialiter obligaturum non fuisse, ut puta a suppellex, item vestis re-  
linquenda est debitori. ff. de pign. & hypoth. l. 7. 8. ff. eod. c. in gene-  
rali. 81. de R. I. in 6. † At studiosum libros, sine quibus honeste vi-  
vere non possunt, specialiter obligaturum fuisse verosimile non est.  
Ergo &c. (2) Hinc quoque studiosorum libri in executione rei iu-  
dicata capi nequeunt, Gl. Alciat. & Dd. in l. nepos. 125. de V. S.  
(3) Hoc privilegium habent arma utriusq. militia, arg. auth. ha-  
bita. C. ne fil. pro patre. Adde l. 6. l. 18. ff. de re iudic. l. 7. l. 8. Au-  
thent. Agricultores C. qua res pignori obl. poss. Sichard. ad rubr.  
C. de pign. n. 18. Schneid. ad §. item ferniana. n. 43. Inst. de act.  
Dn. Everh. Speckhan. cent. 2. Clas. 1. q. 11. n. 10. Andr. Ger-  
hard. Exercit. Justin. 13. th. 4. Zas. §. 7. n. 23. l. de Action.

AFFIRMANT Baldus de pign. c. 12. VVef. conf. 7. n. 7. & alij, arg.  
l. cum taberna 34. ff. de pign. l. 2. l. 4. ff. de pact. Cùm in illis stu-  
diosorum libri non excipiuntur. Ergo eos sub regula dispositio-  
ne relinquamus necesse est.

8. Quid de mercibus mercatorum in ædes conductas il-  
latis? Has tacitam hypothecam admittere,

RECTE statuitur (1) arg. l. 2. l. 4. l. 6. in quib. caus. pig. tacit. l. 34. in  
prin. de pignor. † Quia merces mercatorum à generali regula  
fuisse exceptas nusquam legitur, arg. l. proponebatur 76. ff. de iu-  
diciis. Mynf. ad §. 7. n. 16. Inst. de act. Zasius §. 7. n. 20. & 21. Inst. de  
action. IMO



IMO MALE, dixerint alij, arg. l.7. ibi: videndum est, ne non omnia illata vel inducta, sed ea sola, que ubi sint, illata fuerint, pignori sint: Quod magis est. ff. h. t. † At mercatores mercus suas in ades conductas non eo animo inferunt, ut ibi sint & maneant, sed ut distrahantur & vendantur. Ergo & c. Vid. Obrech. h. disp. th. 78. & 79. Negulant. in tract. de pignor. memb. 4. part. 2. n. 153.

Tit. XX.  
Qui possit  
res in pig.  
& sol. hypoth.  
hab.

ad l. 1.  
iunct. l. 12.  
C. eod.

9. In materia siue iure prelationis hæc vulgata obtinet regula, quod, qui prior est tempore potior sit iure: interdum tamen posterior potior est priori, ut puta mulier in persecutione dotis numeratæ, non item cautæ eiusve augmenti, l. fin. §. 1. C. h. tit. l. 3. C. de dote caut. non numer. † Sed hic se nodus offert herculeus, in cuius solutione hactenus mirè varièq; laboratum, & adhuc sub iudice lis est, vtrum vxor vitatitæ hypothecæ priuilegium illud  $\pi\epsilon\omega\tau\eta\sigma\alpha\zeta\iota\alpha\varsigma$  seu prelationis habeat contra omnes mariti creditores anteriores, etiam expressam hypothecam habentes?

AFFIRMANT hoc, Dn. Ioachim. Mynsing. 9. obs. 61. & 4. obs. 13. n. 4. 5. Idem ad §. actionum. 28. n. 12. 13. l. de act. & 2. consil. 15. n. 18. 19. † RATIO est (I) in l. assiduis. 12. C. h. t. vbi notentur 1. causa impulsiva & occasio legis. 2. eiusdem generalitas: Imp. enim indistinctè & generaliter loquitur de omnibus mariti creditoribus, nec distinguit, vtrum tacitam, an verò expressam habeant hypothecam. 3. Rationes legis, quibus motus Iustinian. extremam limam adhibuit legibus veteribus diuersimodè de priuilegio dotis loquentibus, utpote l. 1. h. t. l. 10. C. eod. l. 17. §. sponsa. ff. de reb. auctor. iud. possiden. l. 7. §. si vxor. 6. de donat. inter vir. & vxor. l. vbi 29. C. de iure dor. † Deinde in l. 30. C. d. iam tit. † Plenius in l. vn. §. 1. C. de rei vxor. act. vt ita omnium plenissimè in d. l. assiduis. 12. prospiceret mulieribus, earumq; assiduis querelis & lamentationibus tandem satisfaceret. (II) arg. l. 5. 8. h. t. l. 1. ff. h. t. preced. iunct. Nou. 97. c. 3. & seq. Nou. 109. c. 1. §. fuerat. 29. vbi Cuiac. l. de Act. l. fin. C. de priuil. dot. vbi Cuiac. in paras. † Item arg. l. 14. §. 3. Vers. qui vno potiore est. ff. de diuers. tempor. præscript. (III) Accedunt præiudicia Camera Imperialis.



rials. *Vid. Mynf. dd. loc. (iv.)* Cui adde authoritatem Dd. *Cuiac. ad l. aſiduis. 12. Ant. Guibert. c. 7. de dotib. P. Vanderan. de priuil. creditor. c. 4. Vaud. 1. q. 21. Robert. 3. animad. 14. & 3. ad not. Mercat. 14. & nouiſſimè Matth. Berlichium p. 1. conſul. 45. n. 6. & ſeqq.* qui ſingulariter mouetur etiam textu l. 4. C. *In quib. cauſ. pig. vel hyp. rac. contrab. D. Arum. diſp. P. 14. th. 9. & Exercitat. Iuſtin. 15. parerg. 1. Conſer Anton. Fabr. 8. Coniectur. 11.*

NEGAT And. Gail. 2. *obſ. 25. n. 10. (Conſer eundem 2. obſ. 81. n. 10. ubi videtur ſibi contradicere)* ſecutus Gl. *in d. l. aſiduis. 12. & ibi pingui menſurâ Doncl. item Hartm. Pract. obſ. Cam. tit. 27. obſ. 17. n. 3. VVeſ. in par. n. 3. ff. h. t. Schneid. ad d. S. fuerat. 29. n. 57. & ſeq. Coppen. deciſ. 28. n. 29. Rauchbar. p. 2. q. 30. n. 4. & ſeq. Matth. Coler. p. 1. deciſ. 37. n. 6. & p. 2. deciſ. 270. n. 1. & de proceſ. execut. p. 1. c. 2. n. 219. & p. 2. c. 3. n. 276. Daniel. Moller. ad Conſtit. Aug. Elect. p. 1. conſtit. 28. n. 33. Heig. S. creditor. n. 38. uſq. ad ſinem. I. quib. mod. re contrah. oblig. Pro hac opinione cumulat Dd. Berlich. d. loc. n. 10. pag. m. 708. † MOVENTVR (1) arg. c. qui prior. 5. 4. de Reg. iur. in 6. (2) arg. l. ubi. 20. l. 30. C. de iur. dot. (3) l. 2. C. de priuilegio fiſci. l. 9. C. de iur. dot. Vbi mulier & fiſcus paribus ambulat paſibus. † At fiſcus non præferatur expreſſam hypothecam habentibus. l. 8. ff. h. t. l. 4. C. cod. Ergo nec mulier. *Vid. Berlich. & Arum. dd. loc.**

10. Quid autem de dote confeſſatâ, ſi fatalia opponendæ exceptionis non numeratæ dotis præterlapſa ſint? <sup>ad d. l. 12.</sup>  
Hic

DIVERSVM ſtatuit P. Frid. Mindan. *lib. 2. de proceſſ. c. 61. ſect. 4. ver. 19. p. m. 420.* Vbi ait, confeſſionem mariti etiam iuratam non nocere creditoribus. *Adde D. Arum. d. Exercit. Iuſt. 15. parerg. 2. lit. a. Guibert. Conſtan. de dot. c. vlt. n. 14. † MOVENTVR arg. d. l. aſiduis. 12. ibi: ſi tamen reiſpa fuerint parti mariti data. C. h. t. text. & Dd. in l. 1. C. de dot. cauſ. non numer. Mynf. 1. obſ. 61. in ſin. & 2. Conſil. 15. n. 20. & ſeqq. Zaſ. S. fuerat. I. de act.*

IDEM eſſe in dote confeſſata (puta de quâ non aliter conſtat, quam per mariti confeſſionem) aſſerit Gail. 2. *obſ. 81. n. 10.* ubi ait,

T

ait,



ait, dotem etiam confessatam gaudere omnibus privilegijs dotis, si lapsa sint tempora opponendi exceptionem non numerata dotis, de quib. in Nov. 100. & in l. fin. & in auth. quod locum. C. de dot. caut. non numer. Eamq; praeiudicare marito & omnibus creditoribus. † M O V E T V R arg. d. l. fin. & ibid. Auth. quod locum. Conf. eundem Gail. 1. obs. 139. † Et hæc sententia magis communis est & in praxi recepta. *Quida. in puncto iuris hic statuendum, amica dabit collatio.*

*Ad l. 2.*

II. Quid si debitor res suas duobus pignoraerit creditoribus, prior generaliter; posteriori quædam prædia specialiter. † In his prædijs vter creditor in solutione præferendus?

PRI O R E M præfert Papinianus in l. qui generaliter. 2. ff. h. t. & Imp. in l. si generaliter. 6. C. eod.

P O S T E R I O R E M priori præferre videntur Imp. Severus & Antonin. in l. quamvis. 2. C. de pignor. † Pro conciliatione vid. hic tres casus distinguentem Pac. 5. c. xvij, 38. † Adde Cuiac. 11. obs. 32.

*Ad l. 5. h. t.  
innot. l. 3.  
217. prac.*

12. Mutuans pecuniam ad refectionem vel conseruationem ædificij, vi tacitæ hypothecæ, siue autoritate legis, in illo ædificio refecto conseruatouè, ius  $\pi\epsilon\omega\tau\omicron\pi\epsilon\gamma\iota\alpha\varsigma$  habet, ita vt licet tempore posterior sit, alijs tamen creditoribus tempore anterioribus in hypotheca illius domus merito præferatur, quicquid etiam alij contradicant. † Sed nunquid idem in mutuante ad refectionem nauis vel rei similis?

I T A E S T, secundum communiorem Dd. sententiam, qua nititur (1) textu l. interdum. 5. ibi: *utputà si in rem istam conseruandam impensum est, quod sequens credidit, veluti si nauis fuit obligata & ad armandam eam rem, vel reficiendam ego credidero, ff. h. t.* (2) arg. Nov. 97. c. 3. *vers. questum est igitur.* Myns. 1. obs. 60. Gail. 2. obs. 12. n. 4. Treutl. p. 2. D. 24. th. vlt. per text. ibid. alleg. D. Arum. disp. P. 14. th. 7. Berlich. p. 1. conclus. pract. 46. n. 42. 43. Zaf. in l. creditor. 25. n. 5. ff. si cert. pet.

NON



NON EST, vt pleriq; magni nominis viri existimant, (1) arg.  
l. i. ff. in quib. caus. pign. vel hyp. (2) Quia non eadem hic subfit ratio, quæ  
in refectione adium est, illa nim. ne ruinis deformetur ciuitatis aspectus, l.  
2. C. de adif. priuat. l. 2. §. 17. ne quid in loco publ. l. 7. ff. de off. praesid. l. 20. §.  
10. de oper. non. nunt. (3) Imo deficiente textu non facile iuris singularia  
admittitur extensio. (4) Accedit autoritas Dd. Conan. 4. Com. 17.  
Don. de pign. c. 4. & ad l. 7. C. h. tit. Treutl. sibi contrarius p. 2. D. 1. th.  
4. lit. c.

13. Nec inter omnes constat, an is, qui pecuniam mu- *Ad l. 5. h. §.*  
tuauit ad agrum, domum, vel quamcunq; aliam rem emen- *l. 7. C. cod.*  
dam, ius habeat prælationis in re ex pecunia suâ emptâ, ita  
vt etiam creditoribus anterioribus præferatur, etiam si spe-  
cialiter vel generaliter sibi in ista re emptâ hypothecam  
non constituerit?

NEGANDVM hoc (1) propter textum l. licet. 7. ibi: tamen enim,  
cuius pecuniâ prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse  
specialiter obligatum statim conuenit, omnibus anteferri iuris au-  
thoritate declaratur, C. qui pot. in pign. hab. Vbi Sichard. n. 8. &  
Dd. vulgò. (2) per l. quamuis. 17. l. fin. in nct. auth. quod obtinet.  
C. de pign. l. 5. §. plane. 17. de tribut. act. textus est expressus in  
Non. 136. c. 3. Nouissimè Berlich. p. 1. concl. 46. n. 50.

AFFIRMANDVM id putant alij, (1) arg. l. 5. h. t. & l. i. in quib.  
caus. pig. rac. cum Gloss. in auth. quo iure. C. h. t. vbi Bald. sibi  
contrarius. n. 1. circa medium. Iason. ad l. creditor 75. n. 5. sub  
fin. vers. imo plus mutuans. ff. de reb. cred.

14. Circa distractionem pignorum & hypothecarum *Tit. P.*  
illud potissimum controuertitur, si nullum de distrahendo *De di-*  
pignore pactum interuenerit, an tum nihilomius post le- *stract. pigni*  
gitimam denunciationem siue interpellationem, biennium *& hypoth.*  
insuper expectare creditor teneatur, antequam pignus *Ad l. 7. h. §.*  
vendere possit? *l. 4. de pign.*  
*aut.*

NON TENETVR, vt innuit Vlp. in l. si conuenit. 4. vers. sed et si  
non conuenit. ibi: hoc tamen iure utimur, vt liceat distrahere, si  
modo non conuenit ne liceat. & ibi: nisi ter fuerit denunciatum.



ut soluat & cessauerit. ff. de pign. act. (2) per l. 7. l. 9. l. 14. C. h. t. quæ iura non esse immutata putat Donel. de pign. c. 10. & adl. 4. C. h. t. Bronch. 1. evan. 98. D. Arum. exercit. Iustin. 12. th. 20. Treutl. p. 2. D. 1. th. 8. lit. e.

**IMMO TENETUR**, secundum magis communem, (1) arg. l. fin. §. 1. ibi: vendere & §. seq. C. de iur. domin. impetr. per quam, iura prædicta immutata esse vulgò putant, quos sequuntur Schneid. & Interpp. ad §. contra autem. l. n. 2. Inst. quib. alien. licet. VVes. in par. ff. h. t. n. 4. Neguzan. de pign. p. 6. memb. 1. n. 4. Cuiac. ad tit. de præscript. c. 12. Andr. Gerhard. Exereit. Iustin. 13. th. 5. † Idq; ex contextu & serie Rescripti Imp. & ratione huius iuris, quæ est in d. §. contra autem. l. ¶ Sed malè secundum opinionem Donel. d. loc. quem sequitur D. Arum. Exercit. 12. th. 20. Cùm d. l. fin. C. de iur. dom. impetr. non agat de pignoris distractione, sed dominij impetratione: Nec in ea æquissimum illud ius vetus nominatim correctum inueniatur: Quare igitur stare prohibetur? l. sancimus. 27. C. de restam. Quicquid enim lege posteriori specialiter non est expressum, id veterum constitutionumq; regulis merito relictum intelligitur. l. precipimus. 32. §. fin. C. de appellat. ¶ Antequam creditor pignus distrahere liceat, vulgò præter biennium semper trinam requirunt interpellationem, propter d. l. si conuenit. 4. in fin. ibi: nisi et ter fuerit denunciatum. ff. h. t. † Sed num ex illo textu & similibus regula constitui possit, non immeritò quis dubitauerit, propter l. 87. §. 1. de legat. 2.

Tit. V l. 15.  
Quib. mod.  
pign. vel  
hypoth. sol-  
uitur.  
Ad l. 1 §. 1.  
h. tit. iunct.  
l. 3. C. ead.

Pignoris nexus varijs dissoluitur modis, inter quos etiam est remissio pignoris tot. tit. C. de remission. pign. † Quid de illo casu? Creditor debitum principale suo remittit debitori, sed inutiliter: nunquid hîc pignus liberatur?

**NEQUAquam**, teste Imp. Gordiano in l. debitum. 5. C. de remiss. pign. ubi remissione debiti principalis non obstante pignoris vindicatio datur creditori. † Conf. l. 1. C. ad SC. Vellei. l. 18. ff. quæ in fraud. cred.

**IMMO LIBERARI** pignus, colligi posse videtur ex l. 1. §. 1. ff. h. t. † Sed quomodo inutilis debiti remissio vtilem poterit parere pignoris remissionem? Vid. l. soluitur. §. eod. t.



16. Pacto contrario pignus non ipso iure; sed per oppositam exceptionem

ad l. 5. h. 20.

TOLLI, probant Dd. (1) per l. soluitur. 5. ff. h. t. (2) per l. 2. ibi: exceptione eam remouebis. C. de remiss. pign. (3) per l. si tibi decem. 17. §. 2. ff. de pact. & ibi Cuiac.

NON TOLLI per exceptionem, sed ipso iure, asserit Donel. in l. 23. C. de pign. † arg. l. nihil tam naturale. 35. de R. l. l. 80. de solut. §. item per acceptationem. l. quib. mod. 101. obl.

## EX LIB. XXI. DIGEST.

17. AEdilicium edictum est ius honorarium, per quod ob rei traditæ vitium redhibitio fit, vel quanti minoris supplementum. Vnde duæ oriuntur actiones; redhibitoria & æstimatoria. Vtraque ad heredem est transitoria. † De eo hic potissimum controuertitur, num Edictum hoc etiam ad locationes pertineat?

Tit. 1.  
De additio  
Edictio &  
redhibis.  
& quanto  
minoris.

NON PERTINERE ait expressè Vlp. in l. sciendum. 63. ibi: ad venditiones solas hoc Edictum pertinere. ff. h. t. Idem inuuit in l. sciendum. 10. §. deinde. 5. ff. h. t. † Quis sic? in d. l. 63. duplex assignatur ratio: (1) Tùm, quòd ædilium nunquam fuerit iurisdicatio. V. l. 11. l. 14. l. f. de iurisd. (2) Tùm, quòd non similiter locationes & venditiones fiant. Vid. D. Arum. disp. 14. h. 14. (3) Imò (adde) conductor in locatione ex conducto experiari potest, ut sic non opus fuerit ei aliâ succurri actione, l. 13. §. 6. ff. de damn. infect.

IMO PERTINERE, videtur statuere idem Vlp. in d. l. 63. ibi: cur autem de locationibus nihil edicatur, mirum videbatur &c. † Ex quibus verbis colligit Cuiac. 12. obs. 38. Vlpian. in contrariâ fuisse opinionem, nec probare, sed tantum referre illas rationes ibidem subiectas. † Mouetur (1) arg. l. hac constit. 33. C. de locat. & conduct. (2) Adde arg. l. 11. §. 3. de act. emp. (3) Quia locatio & emptio ysdem constant regulis. l. 2. de locat. † Conf. Horom. 4. obs. 17.

T 3

18. Eui-



*Tit. 11.  
De euct.  
& dupla  
Apu.*

18. *Euctio* est rei nostræ, quam aduersarius legitimo titulo adquiserat, per iudicem recuperatio, definitore Vvesenbecio. Et quamuis de ea venditor ex natura contractus teneatur; tamen plerumq; per stipulationem caueri hoc nomine solebat; idq; dupliciter, vel promissione simplæ, vel duplæ. † Dubitatur hîc, an euctio ex parte agentis sit fauorabilis, ex parte Rei odiosa?

AFFIRMAT & confirmat hoc ipsum Casp. Caballin. in præfat. tract. de euct. n. 10. Treutl. p. 2. D. 2. th. s. lit. a. † CONTRA Casp. adl. cum emptor. 48. ff. adl. Falcid.

*ad l. 71.*

19. Promissionem dotis non videri lucratiuam causam esse responder Iulianus in l. 19. de O. & A. Quid si res empta à patre in dotem filiæ data, euincatur à filiâ, aut eius marito? De euctio in venditorem rectè agitur. † Cuius occasione quæritur, vtrum dos profectitia sit patris & filiæ, vel verò filiæ tantum?

POSTERIVS adserit Paul. in l. si pater. 71. ibi: non enim sicut mulieris dos est, ita patris esse dici potest. ff. h. t. l. 1. §. fm. de collat. dot. l. 4. ff. de Collat. bonor. † Vid. Pac. exau]. 37.

PRIVS colligi posse videtur ex textu Vlp. in l. 2. §. 1. ibi: & dos ab eo (patre sc.) profecta sit, ipsius & filia dos est & c. idem ait Paul. in l. non solum. 3. ibi: qua (dos sc.) communis est patris & filia & c. ff. solut. matrim. † Conciliationem sume ex l. pen. C. de iur. dot. vbi Dd.

*Tit. 111.  
De except.  
rei vend.  
& trad.  
ad l. 1. §. 2.*

20. Circa hanc exceptionem rei venditæ, illud occurrit dubium; An is qui rem meam mandatu meo vendidit, fidem de precio habere possit?

POTEST, nisi ei mandatum sit à Domino, ne res traderetur, an-  
tequam pretium solvatur, (1) teste Vlpiano in l. 1. §. 2. h. t.  
(2) Eodem Vlp. l. cuiusq; 4. Sicut si in sitor. 15. de Instit. act.  
Vtrobîq; Petr. Costal. in suis aduersarijs.

NON POTEST, attestante eodem Vlp. in l. à Dino Pio. 15. §. si post  
additum. 6. ibi: oportet enim res capias pignori & distractas præ-  
sente pecunia distrahi: non sic ut post tempus pecunia solvatur  
ff. de.



ff. de re iudic. † Distinguit cum Ia. de Aret. Br. in l. 1. n. 5. ff. de off. procur. Cas. inter procuratorem generalem sine vniuersalem, & singularem, ut ille, non verò hic, possit rem tradere habitâ fide de pretio. Quam distinctionem tamen reuocit Costal. d. loc.

## EX LIB. XXII. DIGEST.

21. Hucusq; contractuum & nominatorum & innomi-  
natorum vidimus naturam; sequuntur illorum accessiones,  
quæ præter rem principalem exiguntur, veluti *usura*, in-  
teresse & *pæna* contractui adiecta. † *Usura* est accessio sortis,  
quam licet creditor exigit à debitore propter usum pecu-  
niæ. † Deberi *usuras* ex mora in bonæ fidei iudicijs,  
constat inter omnes: De strictis autem iudicijs ardua con-  
certatio est, num in ijs *usuræ* debeantur ad minimum à tem-  
pore litis contestatæ?

NON DEBERI, nisi ex stipulatu, in puncto iuris verius est  
ut innuit. (1) Marcianus in l. mora. 32. §. in bona fidei. 2. h. t. (2) Afri-  
canus in l. Titius. 24. ibi respondit, pecunie quidem credita  
*usuras*, nisi in stipulationem deductas non deberi & c. ff. de præscr.  
verb. idem in l. centum Capua. 8. de eo, quod cert. loc. (3) Imp.  
Seuerus & Anton. in l. quamuis. 3. ibi citra vinculum stipulatio-  
nis peti non possint & c. C. h. t. (4) Imp. Ant. Pius in l. 1. C. h. t.  
† Donel. de *Usur.* c. 3. Duar. c. 2. D. Arum. disp. 14. th. 6.

IMMO DEBERI eas plurimi opinantur, (1) per l. lite contestata.  
35. ff. h. t. quo textu mouetur Coraf. 2. miscel. 7. Sed frustra:  
quia d. textus accipiendus est de illo casu, ubi ante litis contesta-  
tionem *usuræ* promissa sunt; tunc enim litis contestata eas deberi  
non desinere, respondet Paul. in d. l. 35. (2) per l. 4. l. pignoribus. 22.  
C. h. t. † R. ex l. 5. §. 2. de solut. ubi dicitur, quasdam *usuras* ex sti-  
pulatione, quasdam ex pacto naturaliter deberi: cuius effectus est,  
ut ea per retentionem pignoris retineri & seruari possint, modo in  
*usuras* pignus acceptum sit, V. D. Arum. d. th. 16. † Conf. Borch.  
h. c. 3. Cuiac. 11. obs. 37. Hotom. ill. q. 37. Arum. in ir. de mora.



ad d. l. 32.

22. Ad constituendum debitorem in mora vnicam interpellationem

SUFFICERE verius est, (1) arg. l. mora. 32. pr. ff. h. t. (2) arg. l. si ex legati causa. 23. l. qui Roma 122. §. 5. de V. O. l. 13. §. 1. de op. nou. nunt. l. Titia. 87. §. 1. de leg. 2. l. 3. quod vi aut clam. Hi textus omnes singulari numero vtuntur; cum semel certioratus debitor, amplius non sit certiorandus, arg. l. 1. in fin. ff. de act. empt. c. cum qui. de R. I. in c. † Quam vt Com. sequuntur Br. & Dd. ad d. l. qui Roma 122. §. 3. Thessaur. decis. 212. Menoch. de A. I. Q. casu 220. n. 26. & seqq. Cuiac. 8. ad Afr. explic. l. 27. h. t. Vaud. 1. q. 41. Dn. Gœd. de contr. stipul. c. 11. n. 66. D. Arum. d. disp. 14. th. 18. plures allegat Treutl. p. 2. disp. 3.

NON SUFFICERE, statuunt alij, mori potissimum. (1) textus d. l. mora. 32. §. 1. ibi: omisa esset repetendi debiti instantia non proptinus per debitorem mora facta intelligitur. ff. h. t. ¶ R. D. Arum. d. loc. Vocem sufficit accipi non negatè, sed affirmatè. (2) arg. d. l. qui Roma. 122. §. 3. ibi: sepius testato conuenerit & c. ff. de V. O. (3) arg. l. Amilius. 38. ibi: venditor denunciationibus tutoribus sepe datus & c. de minor. ¶ R. adduos text. posteriores Don. in tract. de mora. c. 4. in fin. magis facti esse, quam iuris & c. † Sic geminam interpellationem requirunt, Ferret. in tr. de mora. n. 21. Coraf. 2. miscel. 6. Costal. ad d. l. mora. 32. n. 17. quibus respondet Menoch. d. loc. † Aliter Lud. Charond. 3. verisimil.

l. l. 32.

l. 9.

23. Quid autem si in diem contracta sit obligatio solutionis? Hic dies interpellat pro homine, & sic solo diei lapsu, absq; alia interpellatione mora

COMMITTITVR (1) arg. l. 9. h. t. (2) per l. magnam. 12. ibi: sed etiam citra vllam admonitionem & c. C. de contrah. & commit. stipul. (3) arg. l. quotiens 59. l. idem. 60. ff. de V. O. quibus probatur diem pro homine interpellare. Duar. Cuiac. l. ad diem. 77. de V. O. Treutl. 13. 7. c. Costal. ad d. l. 9. h. t. D. Arum. d. 14. th. 19. Confer Robert. 2. sent. 17. 18. Oesten. de mora. c. 2. n. 39. & legq. Forcat. n. 7.

COMMITTITVR mora etiam hoc casu, sine interpellatione



trione hominis, ut pleriq; existimant (1) arg. d. l. mora. 32. h. r. (2) arg. l. si pupillus. 127. ibi: nulla enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla peritio est. ff. de V. O. (3) arg. l. 26. de cond. inst. (4) l. cū qui Kalendis. 41. §. 1. ibi: ex quo apparet, diei adiectionē pro reo esse, non pro stipulatore. ff. de V. O. iunct. l. 6. C. de ll. Ferret. de mora. n. 22. Don. c. 3. & in l. 9. de V. O. & in l. pen. ff. de eo, quod cert. loc.

24. In trivio quoq; hīc consistunt Interpp. & ambigunt, *ad d. l. 32.*  
an iuramentum sine interpellatione debitorem constituat  
in mora?

NEGATVR HOC, (1) arg. c. inter cetera. 22. q. 4. (2) Quia si hoc casu debitor constitueretur in mora, id fieret aut virtute contractus, aut iuramenti. † At non illo: mora enim non fit sine admonitione. d. l. mora. 32. h. r. Ergo nec iuramento; quia id eas recipit qualitates & conditiones, quas habet ipse contractus. Cacher. decif. 49. n. 4. Hippol. de Marfil. sing. 463. n. 2. Lud. Rom. sing. 449. & ibid. in addit.

AFFIRMANT pleriq; (1) arg. c. debitores. 6. de iureiur. Quia iuramentum vim habeat litis contestationis? † At lite contestata debitor constituitur in mora. l. 3. h. r. Ergo & iuramento. † Francis. Cremens. singul. 123. Menoch. de A. I. Q. casu 220. n. 21. quem sequitur Ludou. Gilhaus. in arb. iud. c. 6. p. 1. de probat. §. 324. n. 2.

25. An longi temporis præstatio sit causa vsurarum, h. e. si quis aliquandiu vsuras præstiterit, num propterea etiam in futurum eas solvere teneatur? *ad l. 6. h. r.*

NON TENETVR, arg. l. si certis annis. 28. C. de pact. Iul. Pac. §. c. v. 42.

IMO TENETVR, arg. l. cum de in rem verso. 6. ff. h. r. Vid. Pac. d. loc. & Valq. 2. ill. contr. 56. n. 15. & seq.

26. De fructibus, à bonæ fidei possessore perceptis, *ad l. 25. l. es.*  
necdum consumptis, sed adhuc extantibus, ingens est controuersia, num eos vero domino superuenienti, remq; suam vindicanti, restituere teneatur bonæ fidei possessor; vel an is sola perceptione sibi absolutè & irrevocabiliter fructus extantes acquirat?



**PRIVS non obscure innuit** (1) Paulus, in l. 4. §. post litem autem contestatam. 2. ibi: aut enim bona fide percepit (scil. fructus) & lucrari eum oportet, si eos consumpsit & c. ff. finium regund. (2) Et hanc conditionem (si eos consumpsit) exprimit idem Paulus in l. 4. §. lana ovium. 19. ibi: idem in aqua, si consumpti sint. ff. de usurp. & usucap. (3) Africanus in l. quaesitum. 40. in fin. (4) Iustin. in §. si quis à non domino. 36. l. de R. D. (5) Imp. Dioclet. & Maxim. in l. 22. C. de R. V. † Et hanc sententiam amplectuntur Dd. magis communiter. Pinel. ad l. 2. p. 2. c. 4. C. de rescind. vendit. Menoch. remed. 15. recap. possess. q. 40. n. 542. Co-uar. 1. var. resbl. 3. n. 16. vers. his sanè. Dn. Vult. 1. discept. ult. Anton. Fab. 4. coniect. 17. Cister ad l. 4. de usucap.

**POSTERIVS mordicus defendit** Donel. 4. com. 26. † Mone-  
 netur (1) textul. qui scit. 25. §. 1. ff. h. t. iunct. l. id quod nostrum  
 est. 11. de R. I. (2) Deinde in d. l. 75. §. 1. bona fidei possessor, &  
 vero rei domino equiparatur, & ipsi fructuario preferitur. † At-  
 qui domini pradiorum, ut & fructuarius fructus pleno iure & ir-  
 renocabiliter, tam extantes, quam consumptos suos faciunt. † Er-  
 go & bona fidei possessor; & per consequens nec vindicari possunt  
 extantes à vero domino. (3) Mirum in modum Donel. seia-  
 stat & triumphatur in l. in pecundum. 28. ff. h. t. ubi Gaius re-  
 sponder, fructus statim prout percepti sunt PLENO IVRE ad bo-  
 nae fidei possessorem & fructuarium pertinere. † Ergo bona fi-  
 dei possessor etiam fructus extantes percipiendo suos facit irrenoca-  
 biliter. ¶ Sed antecedens ita intelligendum est, ut bona fidei  
 possessoris fructus sint pleno iure, scil. respectu usucapionis, non  
 consumptionis, h. e. bona fidei possessor fructus sola perceptione ita  
 suos facit, ut non opus habeat eos usucapere, sed consumere. Vide  
 Anton. Matth. in not. ad §. 36. l. de R. D. & ibid. Interpp.  
 Com.

27. Dixi bonæ fidei possessorem fructus suos facere.  
 † Quid autem, si quis ab initio fundum alienum bonâ  
 fide emerit, acceperitq; à venditore, & deinde ante perce-  
 ptionem fructuum resciverit, eum alterius esse? Hic ple-  
 xique huiusmodi statuunt antinomiam seu difficultatem,  
 quæ



quæ conciliari haut possit. Sed hunc quoq; vt bonæ fidei  
possefforem fructus perceptione suos

FACERE, respondit Iulianus in l. qui scit. 25. §. 2. ff. h. r. Quia  
emptor propter initium, siue quod bonam fidem ab initio habuerit,  
bona fidei possessor intelligendus sit, donec euidens fuerit fundus, a-  
liam res empta, biß ihm sein erkauftes Gut mit Rechte wieder  
abgesprochen wirdt. † Iam autem quod ad fructus percipien-  
dos attinet, hic euidens fundus non est. Ergo & c. Vid. Duar. ad tit.  
de naut. faenor. c. 5. circa fin. pag. m. 1005. Pac, 5. c. v. 44.

NON FACERE emptorem fructus suos, velle creditur  
(1) Vlp. in l. 23. §. 1. ff. de acq. rer. dom. (2) Afric. in l. quaesitum. 40.  
ff. de acq. rer. dom. (3) Paul. in l. bona fidei emptor. 48. §. 1. ibi: si eo  
tempore & c. ff. de acq. rer. dom. † Ex hisce textibus aperio constare  
aiunt, superuenientem aliene rei scientiam, quo ad fructus mala  
fidei possefforem facere. Vid. Cuiac. ad Afric. in explic. d. l. 40. A.  
Fab. 4. coniect. 17. Herm. Vult. 1. discept. vlt.

28. Industriales fructus lucrari bonæ fidei possefforem nullus dubito. Sed numquid idem in fructibus naturali-  
bus? Hæc quæstio propter textuum diuifimodè loquen-  
tium pugnantiam apparentem, cimerijs tenebris atrior red-  
dita est, & plerumq; in ea explicanda cæcus cæco dux.

Ad l. 45. h. r.  
iunct. l. 48.  
de acq. rer.  
dom.

IDEM de naturalibus puto adferere (1) Paulum, in l. bona fidei  
emptor. 48. ff. de acq. rer. dom. vbi particula vniuersalis OMNES,  
includit etiam fructus naturales, vt poma, fœnum, & similes, qui  
non tam facti hominis, quam natura proueniunt. † Licet ple-  
rig, existiment vocem omnes non includere fructus naturales,  
sed industriales, eos nim. qui ab alio, quàm à bona fidei posseffore  
fari: Committi ergo Elenchum secundum quid ad dictum sim-  
pliciter. † Sed erroneam esse hanc interp. ipse textus satis e-  
uincit, & ratio ibidem subiecta. (2) Cum Paul. conuenit Iu-  
lian. in d. l. qui scit. 25. in pr. ibi: Quia omnis fructus non iure se-  
minis, sed iure soli percipitur, & §. 1. ibi: Quoniam in percipien-  
dis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quàm semi-  
minis, ex quo oriuntur, adspicitur & c. ff. h. r. Vid. D. Arum.  
disp. 8. th. 11. ad l. fructus, 33. de R. V. (3) Maximè cum bona fi-



des possidenti tantum præstet, quantum veritas. *h. e. dominium. l. bona fides. 13. de R. I. † At dominium præstat domino indistincte omnes fructus, d. l. 25. §. 1. h. r. Ergo & c. (4.) Adde arg. l. pen. ff. de V. usufr. legat. iunct. l. si eius fundi. 78. ff. de R. V. † Conf. Vulcei. 1. discept. c. vlt. A. Fab. 4. Com. 17. & Interpp. com. ad §. 36. Inst. de R. D. Pac. 5. c. vlt. 45. Fachin. 1. contran. 57. Qui tamen in explicandis textibus, coramq; conciliatione omnes non conveniunt.*

**DIVERSVM** de fructibus naturalibus (1) respondisse Pomponium vulgò creditur, in l. fructus. 45. ff. h. r. ibi: *Nā si pomū decerpserit, vel ex sylva cadit, non sit eius sicuti nec cuiuslibet b. possessoris: subiicitur ibidē ratio: Quia non ex facto eius is fructus nascitur. † Quæ ratio cum generalis sit, dicendum videtur, nullum bona fidei possessorem fructus naturales lucrari. (2) Pompon. consentire videtur Iustin. in d. §. 36. ibi: pro cultura & cura. l. de R. D. † Et hanc sententiam præter alios defendit etiam Ant. Matth. in not. ad d. §. 36. † Varias conciliationes vid. apud Dd. Aliter enim eos conciliare admittitur Gouean. 2. Var. lect. 5. Aliter Pinnel. post Charond. 7. πειραιων. 7. Aliter Dn. Vulcei. Aliter Notissimè A. Fab. dd. loc. Aliter Angel. de Perus. & Cuiac. ¶ Reçtius nos dixerimus in d. l. 45. Pomponium loqui in speciali casu, ubi ideo vxor vel maritus, naturales fructus ex re donatā suos non facit, quia ex ignorantia iuris possidet, contra l. si spon. s. l. concessa. 8. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Tit. II.  
De nau.  
fau.

ad l. 4 §. 1.  
C. l. 5 h. r.

29. **FOENVS NAUTICVM**, siue mari imum est, vsura fortis siue pecuniæ traiectionis, quæ trans mare periculo creditoris vehitur: Et ex nudo etiam pacto debetur, etiam si modum legitimæ vsuræ excedat. † Quis autem verus sit sensus l. 4. §. 1. h. r. & num verba illa: *non ultra duplum*, tollenda sint, Interpp. suspensos habet animos?

**RETINET** ea com. Dd. schola, Cuiac. 5. obs. 38. Vult. in l. R. 44. n. 98. Duar. 2. disp. 3. VVef. h. n. 3. in fin. Trentl. 2. 3. 2. c. Confer Paulum. 2. sent. 14.

**TOLLIT** ea, tanquam adulterina ex cerebro Triboniani, vel alius latina lingua non minus imperiti prognata (1) Fr. Hotom. 5. obs. 17. ubi



ubi Papiniani sententiam in d.l.1. §.1. h. r. exprimit, quasi ita summatim scripsisset: *Post diē periculi sine pœna pro operis separatum, sine usura separatim sine utraq. coniunctis stipuletur, finis centesima usura seruandus est. Quem legitimum usurarum modum fuisse probat, per l.8. C. de reb. cred. † Conf. Brisson. 3. select. 1. A. Aug. 1. emend. 9. ¶ Intricatæ & admodum obscuræ l. 5. h. r. (cui etiam Interpp. pleriq. violentas adhibent manus) explanationem vide diuersimode apud Sichardum ad rubr. C. h. tit. n. 3. Vultei. d. c. 44. n. 94. Don. de usur. c. 2. pag. 34. Aliter Cuiac. 9. obs. 28. Hotom. lib. 1. obs. sibi contrarium. 5. obs. 12. ubi negationem in pr. transponit. Treutl. d. th. 2. lit. d. valde probabiliter D. Arum. disp. 14. th. 21.*

30. Sequitur iam postremo loco de contractuuum probationibus, in quibus præcipua iudicij pars versatur. Est autem probatio solennis actus, quo rei dubiæ per ea, quæ certa sunt, fidem facimus. Vel definiri potest, quod sit intentionis dubiæ per argumenta ostensio: Et distinguitur à Dd. in artificialem & inartificialem: Item in plenam & semiplenam: licet hæc diuisio autoritate magis, ac ratione sustineatur. † Actori semiplenè probanti iuramentum suppletorium deferri posse

Tit. III.  
De probat.  
& præsumpt.

Ad l. 12. h. r.  
iun. l. 3. C.  
de reb.  
cred.

**VERISSIMUM** est, attestantibus Dd. com. Ioan. Sichard. ad l. 3. n. 11. 12. C. de reb. cred. arg. istius textus. † Si enim iuramentum necessarium propter inopiam probationum (ut est in testimonio vnius testis. l. 12. de testib.) à iudice rectè defertur, utiq; etiam deferri poterit iuramentum suppletorium. V. D. Arum. d. disp. 14. th. 23.

**FALSISSIMUM** hoc esse nobis persuadere conatur Duar. 2. disp. 33. & Donel. de iure iur. c. 11. n. 4. (1) Quia auctore legitime, h. e. plenè non probante, reus absolvitur, l. 4. C. edend. si verò probet, condemnabitur, nec ullo opus erit iuramento, arg. l. 9. C. de O. & A. (2) Imò paria esse aiunt, non probare & imperfectè probare, arg. l. 6. qui satis dar. cog. lex enim exigit probationem iustam & legitimam, quâ intentio agentis plenè probari possit. l. quingenta. 12. h. r. l. fin. C. cod. † Vid. hic Sich. d. loc.



Ad l. 23. 25.  
C. h. t.

31. Necessitatem probandi in criminalibus semper accusatori, non Reo neganti iniungendam

ESSE, constat (1) ex rescripto Imp. Gratian. & Valentin. in l. sciant cuncti. 25. vlt. C. h. t. (2) Quia auctore non probante, qui conuenitur, etsi nihil ipse prestat, obtinebit, Imp. Anton. in l. qui accusare. C. de edend. (3) Quia per rerum naturam factum negantis probatio nulla est, ut rescribunt Imp. Dioclet. & Maxim. in l. actor 23. C. h. t. vbi Sicard. & ad rubr. eod. (4) Quia quò maius Reo intenditur periculum, eò magis ei consulendum, l. 1. §. sed si quis. 5. ff. de Carb. edicto.

IMMO ESSE quandoq; Reo necessitatem probandi à iudice indicendam, probari posse videtur, (1) ex rescripto. Imp. Valent. & Valenti. in l. fallacitor 3. in fin. C. de abolit. (2) Imp. Constant. in l. vbi falsi crimen 22. ibi: nec accusatori tantum & c. C. ad l. Cornel. de fals. † Ad utrumq; textum resp. D. Arum. d. disp. 14. th. 22. ¶ An in l. arbiter. 28. h. t. post illa Graca verba: ἐν πλάτει, particula non sit expungenda, vel transponenda, vsq; geminanda, vt verus sensus eliciatur. Vid. Ioan. Robert. i. recepta iuris cin. lectiois cap. 22. p. m. 84.

32. Confessionem à parte aduersà in iudicio non acceptatam, confitenti haut nocere

INDISTINCTE adserit D. Andr. Gail. 1. obs. 55. n. 8. (1) Forte arg. l. vnic. C. de confess. (2) arg. l. qualiter. 23. C. de non num. pec. (3) c. per tuas. 10. de probat. (4) nititur autoritate Baldi. in l. sumus. 3. n. 2. C. de repud. hered. Hippol. in l. de vnoquoq; 47. n. 148. de re iudic. Salicet. in d. l. vn. † Confer l. 15. §. fin. ad l. Aquil.

DISTINGVUNT (& meo iudicio probabilius, Myns. 4. obs. 51. & P. Frid. Mindan. 2. de process. c. 66. sect. 2. pag. m. 466. Inter confessionem obligatoriam & liberatoriam, vt in illa, non verò in hac, procedat Gailly doctrina. (1) arg. l. tale pactum. 40. de pact. l. postquam liti 4. C. cod.

Tit. IV. 33.  
De fide Instrum. & amiff. eor.

Instrumentum nobis est scriptura, iudici fidem rei, quæ in illa continetur, faciens. Estq; vel publicum vel priuatum. Illud, autoritate publica; Hoc, sine ea conficitur. † Hic saltem de eo libet inquirere, an consuetudine vel



ne vel statuto introduci possit, vt libris siue rationibus mercatorum, tanquam publicis instrumentis, simpliciter & plenè credatur?

NEGAT hoc non sine ratione Bald. in l. vn. C. de confes. Rol. à Valle. conf. 92. n. 7. (confer Mynf. s. obs. 79. & ad c. 2. n. 22. 23. de probat.) † Idèq; (1) arg. l. exemplo peniciosum est. 7. C. de probat. (2) Quia sibi ipsi testimonium dicere mercatores: quos tamen sine mendacio & periurio esse non posse; Imò hominem mercatorem vix aut nunquam Deo posse placere, ex Ioan. Chrysof. scribit (licet aliquantò liberius, quàm par est) Pontifex, in c. eiciens. 11. dist. 88.

AFFIRMAT id & speciosè confirmat And. Gail. 2. obs. 20. n. 6. concurrentibus qualitatib. ab ipso ibidem enumeratis. † Confer Menoch. 2. A. I. Q. cas. 91. n. 19. & seqq. & Sichard. ad l. 3. n. 42. C. de reb. cred.

34. Testimoniorum vsus frequens ac necessarius est; & ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat, teste Arcadio in l. i. h. t. Vnde multis testimonium interdicitur. † Patronos siue aduocatos in causâ, cui patrociniû præstiterunt, testimonium dicere non posse

Tit. V.  
De testi-  
bus.  
ad l. 7. h. t.  
& l. 8. C.  
cod.

RESPONDET ICTus Arcadius in l. mandatis. 25. vlt. ff. h. t. Nec id sine ratione: Client enim quicquid in causa sua secretum & arcanum nouit, id omne Aduocato suo credit, & penes ipsum quasi deponit: Ergo per testimonij dictionem non propalandum; sed vt depositum tantò sanctius censei debet, quantò ea omnia, quæ ad famam & estimationem clientis attinent pecunia omnis estimationem excedunt. Vid. Agell. 5. No. Attic. 13.

CONTRADICVNT pleriq; distinguendo per text. l. 6. l. vlt. circ. fin. C. de adfessor. iunct. l. 19. C. h. t. Soaretz. in thesaur. recept. sent. vers. Aduocatus. V. Arum. disp. 14. hb. 25. ¶ Textum l. inuiti. 19. ff. h. t. emendant Alciat. & Budæus: Sed num re- fte, Vide D. Arum. th. 24. Renard. s. var. 4. Cuiac. 2. obs. 23.

35. Hic quæstio moueri solet iucunda non minus, quàm difficilis, num testes in præsentia partium testimonium dicere debeant?

ad l. 14. l. 19.  
C. h. t.

NEGA--



NEGATIVAM *uti veriore, usq; Com. receptam, merito sequimur* (1) arg. l. nullum. 14. C. h. t. (2) arg. Nou. 90. c. ult.

AFFIRMATIVAM *adstruere & rationibus corroborare aduittur* Donel. 25. com. 16. in expl. l. si quando. 19. C. h. t. p. m. 212.

*Tit. VI. §.*

*De iuris & facti ignorantia.*

*Ad l. 2. 7. 9. h. t.*

36. Ad præsumptionum materiam non incommodè refertur *ignorantia*, quæ vice probationis est; quia ab onere probandi releuat, donec contrarium probetur. Estq; iuris vel facti. Hæc versatur vel circa factum proprium, vel alienum. In illo, ignorantia tolerabilis non est, nisi agatur de damno vitando. † Ex ignorantia iuris latam culpam

NON CONTRAHI, *aduersus Dd. vulgò statuit Io. Coraf. 4.*

*Miscel. 17. per textus ibid. alleg. præterquam in his personis, quæ ex officij & artis, quam profitentur, naturâ, leges scire debent, veluti in Doctoribus, Iudicibus & Adessoribus, l. 2. ff. quod quisq; iuris. l. ult. ff. de var. & extraord. cogn. † His enim illud Q. Mutij obijci potest, turpe esse Patricio & Nobili, & causas oranti, ius in quo versantur, ignorare. l. 2. §. Seruus. 43. ff. de O. I.*

CONTRADICUNT huic quàm plurimi, quos allegat Fachin. 10. *contr. 12. per textus ibidem allegatos. ¶ Sed quid hic in puncto iuris obtineri possit, diligens & amicus dabit collatio.*

F I N I S.





Helemstedt, Diss., 1616-19

ULB Halle

3

004 592 670




neu 1+18+23

V017











1617, 4  
10

IURIS CONTROVERSI,  
SIVE  
PRAECIPVARVM  
CONTROVERSIARVM, ANTINO-  
MIARVMQVE SEV DIFFICVLTATVM,  
exiure ciuili, canonico, feudali, Prouinciali  
Saxonico, Constitutionibus imperij, & Ordi-  
natione Camera imperialis,  
selectarum

DISPVTTATIO OCTAVA,

Quam

Deo benè fortunante,

PRÆSIDE

Clarissimo & Consulissimo viro,

DN. HENRICO-ANDREA CRA-  
NIO, I.V.D. & in Ill. Acad. Iulia Codicis Iustin. & consue-  
tudinum feudal. professore ordinario,  
publicè

In nouo Iuléo.

discutiendam proponit

IUSTVS Kleinschmiede Lippiensis VVestph.

Ad diem 10 Octob. Decemb.

HELMAESTADII,

Typis heredum Iacobi Lucij.

clō 10 cXVII.

14.